



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

52. De ambulatione Petri super aquas.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

III. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, *Ioan. 6. v. 19.* videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. *Marc. 6. v. 48.*

IV. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, *Marc. 6. v. 49.* & proximum navi fieri, *Ioan. 6. v. 19.* putaverunt phantasma esse: *Marc. 6. v. 49.* & timuerunt, *Ioan. 6. v. 19.* & exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt, *Marc. 6. v. 49. 50.* dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt. *Matth. 14. v. 26.* Statimq; Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: Ego sum; nolite timere. *Matth. 14. v. 27. Marc. 6. v. 50. Ioan. 6. v. 20.* Voluerunt ergo accipere eum in navim. *Ioan. 6. v. 21.*

MEDITATIO LII.

De ambulatione Petri super aquas.

I. **R**espondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam,
ut

46 ACTA CHRISTI

ut veniret ad IESUM. *Matth. 14. v. 28.*
Et 29.

II. Videns verò ventum validum, timuit:
& cum cœpisset mergi, clamavit, dicens:
Domine, salvum me fac. Et continuò IESUS
extendens manum, apprehendit eum
& ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? *Matthæi 14. v. 30. Et 31.*

III. Et cum ascendissent in naviculam,
cessavit ventus. *Matth. 14. v. 32.* Et plus
magis intra se stupebant. *Marc. 6. v. 51.* Qui
autem in navicula erant, venerunt, & ado-
raverunt eum, dicentes: Verè filius Dei es.
Matth. 14. v. 33. Et statim navis fuit ad
terram, ad quam ibant. *Ioan. 6. v. 21.* Et
cum transfretassent, venerunt in terram Ge-
nesar, *Matth. 14. v. 34.* & applicuerunt.
Marc. 6. v. 53.

MEDITATIO LIII.

*De quatuor millium hominum iterata
refectione.*

I. **I**N diebus illis iterum cum turba multa ef-
set, nec haberent, quod manducarent,
Marc. 8. v. 1. IESUS convocatis discipulis
suis dixit: *Matth. 15. v. 32.* Misereor super
turbam: quia ecce jam triduo sustinent me,
(triduo jam perseverant mecum, *Matth.*